

**Tabulae pharmacologicae de emeticis et per alvum evacuantibus.
Dissertatio inauguralis / [Januarius Curter de Breinlstein].**

Contributors

Curter de Breinlstein, Januarius.
Universität Wien.

Publication/Creation

Vienna : Congregatio Mechitaristica, 1838.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dcza7exr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

lib. coll. 1833
XVII/1, 49

TABULAE PHARMACOLOGICAE
D E
EMETICIS
E T
PER ALVUM EVACUANTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI DOMINI
PRAESIDIS AC DIRECTORIS,
CLARISSIMORUM ET CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM



PRO
DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE LAUREA
LEGITIME OBTINENDA

IN
CELEBERRIMA ACADEMIA JOSEPHINA

PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT:

Januarius Curter de Breinlstein,
STYRUS MARBURGENSIS,
MEDICO - CHIRURGUS CASTRENSIS.

In theses adnexas disputabitur in aedibus Academiae Josephinae die
Mensis Februarii Anni 1838.

VINDOBONAE.
TYPIS CONGREGATIONIS MECHITARISTICAE.

K. u. k. Militär-ärztliche Bibliothek					
Standort	Zimmer		Katalog	Abth.	
	Kasten			Gruppe	
	L. Nr.			Nr.	

PER ALVUM EVACUANTIBUS.
ET
EMETICIS

DISSERTATIO INAUGURANS,

CONSENSU ET AUCTORITATE ILLUSTRISIMAE ACADEMIAE JOSEPHINAE
Si quid movendum est, move.

SCRIPTA A D. D. PROFESSORE

CELEBRISSIMO ET CEMENTISSIMO

D. D. PROFESSORE

PH.D.

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE LAUREA

LEGITIME OBTINENDA

17

CELEBRISSIMA ACADEMIA JOSEPHINA

PER AUCTORITATEM SUBMITTIT

Januarius 1851

STYRIAE MARCHIA

In these places deposited in the Academy of Sciences of Vienna
March 1851

1851

TYPIS CONGRUATIONIS RECHTANSTADT

ILLUSTRISSIMO AC MAGNIFICO

DOMINO DOMINO

PHILIPPO ALOISIO

EQUITI AB

HOLGER

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI; ORDINUM PROVINCIALIUM AUSTRIAE INFERIORIS, BOHEMIAE, MORAVIAE ET
SILESIAE COMMEMBRO; DOCENTI ACADEMICO IN UNIVERSITATE VIENNENSI DOCTRINAM CHEMIAE CAMERALIS; C. R. SO-
CIIETATIS OECONOM. VINDOBON. ET MINERALOG. JENAE NEC NON PHARMACOPOLARUM MINDENSIS SODALI; DECANO FA-
CULTATIS PHILOSOPHICAE EMERITO ATQUE PROCURATORI NATIONIS AUSTRIACAE IN ALMA UNIVERSITATE VIENNENSI
DENUO RESTITUTO.

V I R O

SCIENTIA, ARTE, CLEMENTIA

AEQUE AC

HUMANITATE INSIGNI,

FAUTORI SUO AESTUMATISSIMO

HOC SPECIMEN INAUGURALE

IN TESTIMONIUM CULTUS

ET

IN TESSERAM OBSERVANTIAE PERENNIS

OFFERT

devinctissimus

Auctor.

MAGNIFICE DOMINE!

VIR CLARISSIME!

Qui tandem securum longo itinere fessus portum attigerat, et post mille fluctus terram salu-
taverat nauta, exsultanti corde templum adire properat, pia propitio numini vota redditurus:
mea quoque rates urgentibus per lustrum undis concussa modo desiderata premit littora —;
Scyllam fauste evitavit, neque incidit in Charybdim —; et ego, gratissimus nauta, quoddam
quousque tenellis licet viribus donum aris imposui, Tibique vovi, Clarissime Vir!

Patere igitur, Reverendissime Domine et Fautor, ut, quas aliquando conscripseram, ta-
bulas pharmacologicas ceu publicum venerationis devotissimae summaeque gratitudinis testi-
monium Tibi sacrare audeam, nec non earum — ad quam justa splendidi Tui ingenii admi-
ratio ac benevolentiae mihi praestitae memoria memet incitavit — dedicationem serena fron-
te, precor, accipias.

Nil praeterea mihi restat optandum ardentius, quam ut Tu, Magnifice Domine! et in fu-
turum mihi benevolentiam Tuam servare velis!

Id est in votis, idque adprecor.

J. de Curter.

MAGNIFICENTIA

IS AGO GE.

VIR CLARISSIME!

Ecce partem unam mearum, quas adhuc studiis academicis addictus in proprium usum conscripseram, tabularum pharmacologicarum et quidem emetica et per alvum evacuantia continentem; hancce pro dissertationis materia seligere constitui. Tabulae formam praeferre placuit, non solum, ut, quidcunque quaesivieris, facili obferatur negotio, imo etiam, ut opusculum hocce uno quasi intuitu perspiciatur, quo tenacius memoriae inhaerebit.

Non mea sunt, quae hicce publico submitto iudicio, solum alium in ordinem relata referro. Haud quis a me tirone in arte medica aliquid novi expectabit, dummodo perpenderit, experientiam, quae mihi satis parca huedum contigerat, maximam ad fundanda, excolenda nec non confirmanda Pharmacologiae principia omni aevo contulisse et adhuc conferre symbolam.

Dispositio hujus opusculi sequens mihi praeplacuit:

primo: historica singuli medicamenti notitia, quoad nomen aut synonymiam;

secundo: quoad originem et praeparationis modum;

tertio: quoad habitum externum et materialem ejus naturam;

quarto: recta remedium adplicandi ratio, et dosis aestimatio;

quinto: praeparata;

sexto: virtus singulorum remedium in vitam humanam, nec non in singula corporis vivi systemata et organa;

septimo tandem: actio dinamica generalis quarumvis classium, generum et ordinum, in quos medicamina dividuntur.

Si quid emolumenti ex his coeperitis pagellis, Collegae! id maximum mihi praemium fore persuasum habeatis.

Valete et favete.

Dabam Vindobae die 26. Januarii 1838.

Formae et Synonyma	Modus et Preparatio	Habitus externus Natura interior	Modus applicandi
Classis I.			
MEDICAMENTA VITAM PLASTICAM ADFICIENTIA.			
Ordo I.			
MEDICAMINA VITAM PLASTICAM MODERANTIA.			
Genus I.			
EMETICA ET PER ALVUM EVACUANTIA.			
Solutio Nuxii emetici.	(1) pro inter stimulantia servari.		
Solutio Capsae	(2) hoc idem videtur.		

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Tartarus Lixivae stibiatas.</i> — <i>Kali tartaricum stibiatum.</i> — <i>Tartarus emeticus.</i> — <i>Tartarus stibiatas.</i> — <i>Tartarus antimoniatas.</i> Brechweinstein.	Pharm. austr. praescribit mixtum ex oxyduli stibii sulfurati fusci et cremoris tartari, singuli unciis octo, in pulverem subtilem tritum, cui aquae dest. ferv. librae duodecim infusae sunt, per triduum digestum ebulliat per mediam horam. Liquidum colatum evaporando densatum et refrigeratum in crystallos concreseat. Fluidum residuum ter quaterve evaporatum iterum crystallisationi committitur. Crystalli collectae in pulverem conterantur, ut eo aequabilior sit totius praeparati ratio.	Ipsae crystalli, aut pyramides triangulas referentes, aut ad figuram octogonam accedentes, albae, nitidae, subpellucidae, inodoraе, saporis metallici quidquam acerbi, aëris expositae fatiscunt, in aquae purae partibus quindecim solubiles. Haec solutio ammonio sulfurato tentata pulverem dimittit ex auro rubrum. Hinc inde ab instrumentis et vasis, quibus tractatur, calcem ferream, cupream vel et stanneam contrahit, quarum suis quaeque adminiculis chemicis exploratur; ferrum admixtum color jam ex albo subflavus prodit.	Praescribi potest aut in solutione, aut in forma pulveris, aut in pilulis. Ad ciendum vomitum <i>tria illius grana</i> in aquae dest. <i>unciis duabus</i> soluta, aut cum saccharo in pulverem redacta individuo adulto praescribuntur, quae dosis aut una vice aut portionibus divisim ingeritur. Saepe remedia adjuvantia aut corrigentia uti Ipecacuanha, Magnesia, Oxytel squillae etc. adduntur. Si effectum <i>alterantem</i> intendimus, in dosi adhibetur <i>refracta</i>, et <i>octavam</i>, aut <i>quadrantem grani partem</i> pro dosi, omni bi trihorio repetendam concedimus. Ad <i>clysmata grana quatuor</i> — octo sufficient. Usui externo a <i>granis decem</i> ad <i>drachmam dimidiam</i> in <i>uncia</i> aquae dest. solutus, aut a <i>drachma dimidia</i> ad <i>duas</i> cum <i>uncia pinguedinis</i> in unguentum mixtus adhibetur. Methodo endermatica vulneribus artificia libus insinuat.
<i>Sulfas Zinci artefactus.</i>	(De quo inter stimulantia sermo).		
<i>Sulfas Cupri.</i>	(De hoc idem valet).		

Praeparata.	Virtus specialis.	Actio dynamica generalis.
<i>Vinum stibiatum.</i> Solutio Tartari emet. in vino Gallico aut Hispanico; singula uncia vini duo humi salis continet grana. <i>Vinum antimoniatum Huxhami.</i> E vitro Antimonii in viginti quatuor vini partibus per decem dies digesto paratur. Sunt praeparata raro usitata.	<i>Tartarus emeticus</i> vitae animali admodum adversus; in dosi nimia effectum venenatum, in dosi plena emeticum, in refracta stimulantem inducit. Qualitas effectuum non mutatur, quoad quantitatem autem effectus variant. Dosi refracta ventriculo illatus ejus sensationem in nauseam vertit, secretionem auget et fluxiores reddit; haec actio ultra dissipatur ad duodenum, hepar, glandulam pancreaticam, quin motus peristalticus in antiperistalticum convertitur; tractus intestinalis vellicatur, in vasis capillaribus actio omnino augetur, et si stases aderant, libertas in sanguinis motu restituitur. <i>Indicatur</i> ergo dosi refracta in simplici adfectione ventriculi, retentione aut colluvie pituitae, muci, secretionem bilis deficiente et exinde ortis bilis stasibus, in ictero praesente caractere subinflammatorio, in polycholia, in morbo haemorrhoidali, in febribus intermittentibus, morbis glandularum lymphaticarum chronicis et aliis. Cum in vasis arteriosis et venosis sanguinis characterem inflammatorium fringit, et sanguinis solutioni opituletur, in febribus gastricis saburalibus, pituitosis, biliosis praesente nota inflammatoria adhibetur. Materiae organicae se profunde insinuans in dyscrasiis cutis; impetiginibus, in morbis rheumaticis, catarrhalibus, in hypochondria, hysteria; systema nervorum automaticorum alterans, in Chorea St. Viti, epilepsia, etc. praestans exhibet remedium. Ob effectum emeticum et alvum moventem dosi plena utimur, si tubum alimentarem sursum et deorsum purgare cupimus; hinc in morbis gastricis pituitosis, verminosis, biliosis; in febribus intermittentibus, quibus major in notam phlogisticam propensio adhaeret. Nihilominus, ubi organon inflammatum est, quod remedium hoc effectu suo irritante directe adgreditur, nemo illud adhibere audebit; quod nec febribus convenit, quae majorem debilitatem vitalem involvunt, nec ad venena e ventriculo expellenda aptum est, ut quae per totum tractum intestinale in aegri perniciem facile perducit. Cuti adplicatus, illam aut irritat, inflamat et pustulas provocat, aut ulcerationem sistit rebellem, ob quem effectum ut epispasticum adhibetur. Clysteri additus alvi evacuationem adjuvat.	<i>E m e t i c a.</i> Remedia, quae motum peristalticum in antiperistalticum subvertunt, contenta ventriculi, nec raro duodeni per os evehunt <i>emetica</i> dicuntur. Contractione ventriculi vomitus perficitur, sed etiam contractione diaphragmatis et aliorum musculorum adjuvatur. Si quis emeticum sumit primo nauseam persentit, ita alteratis nervis alterantur et vasa et muscoli; actio illorum, secretio et motus augentur, sic in duodeno bilis majori copia excernitur et motu antiperistaltico ad pilorum et ventriculum devehitur. Actio haec et in pancreati, lieni e. s. p. contingit, Aucta nausea adparent ructus, deinde vomitus, dein sequitur quies et denuo vomitus. Haec est actio idiopathica. Sympathica actione motus peristalticus augetur, in antiperistalticum mutatus ultra dissipatur, diaphragma comprimit pulmones, qui mucum et alia per tracheam ejiciunt. Nervi automatici ventriculi et caeterorum organorum abdominis excitantur, sensatio illorum alteratur et ultra dissipatur. Constat ergo nervos maxime hanc sensationem perficere et aciem emeticorum vehementem valdopere percipere. Coenaesthesia valde alteratur et omnis functio systematis gastrici vividior redditur; tali modo et effectus universales, quos explicant, in vita vegetationis percipere valeamus. Systema autem cerebrale antagonisticè deprimitur; memoria, judicium e. s. p. labuntur, laxitas tremorque musculorum voluntariorum oriuntur. Effectus emeticorum primarius a secundo bene distinguendus est, nam primus consistit in irritatione ventriculi, jactura humorum nobilium, secundarius in languore digestionis, chyli elaborationis, resorptionis intestinorum et motus peristaltici, vermicularis. Sed etiam vis mechanica, quam compressione et concussionem viscerum pectoralium et abdominalium corpori inferunt emetica, computanda venit, qua sanguinis torrens non ad vasa abdominalia, sed ad caput et cerebrum convertitur. Ex his omnibus <i>sequentes indicationes</i> statuere possumus: In morbis, ubi sordes in ventriculo, duodeno haerent, si res venenatae in illo delitescent, quae paulo ante susceptae fuerunt et nondum inflammationem procreaverunt. In febribus, ubi humores inquilini nimia mole confluentes molimina naturae conservationis suae studiosae contestantur, quae evacuationem cupiunt. Si nutrimento nimia moles ingesta rancida et putre facta in ventriculo accumulata, humores inquinat inquilinos, languorem ventriculi et stag-

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Radix Ipecacuanhae.</i> Brechwürzel.	<i>Cephaelis Ipecacuanha.</i> — Pentand. Monogynia, Lin. — planta americana in Brasiliae sylvis crebro crescens est mater <i>Ipecacuanhae griseae</i> . Psychotria emetica, planta peruvia- na est mater <i>Ipecacuanhae fuscae</i> . Radices in pulverem tunduntur sub- tilem.	<i>Radix Ipec. gris.</i> sicca est calamus stramineum et ultra crassa, contorta annulis prominentibus et incisuris cre- bris interstincta, epidermide obscure fusca vel nigricante vestita, internam corticis substantiam impure albam ostendit, solidam, resinosa, ab sub- stantia medulari lignea flavescence fa- cile separandam, odoris ingrati, sapo- ris acris, subamari, nauseosi. Ab hac radice <i>fusca</i> in eo differt, quod incisuris rarioribus, epidermide secundum longitudinem striata, colore externo fusco et minore principii eme- lici ratione instructa sit.	Radix aut in pulverem trita, aut, quod inde paratur, infusum sive aquosum, sive vinosum, aut, quam supeditat, tinctura aegris exhibetur. In pulvere dosi plena a <i>granis quindecim</i> ad <i>scrupulum</i> pro homine adulto, <i>grana duo</i> ad <i>sex</i> infantibus ad ciendum vomitum prae- scribitur, cui saepe <i>Tart. emet. granum</i> ut adjuvans adnectitur. Infusum emeticum ex <i>drachma</i> radice et aquae fervidae aut vini <i>unciis duabus</i> aut <i>tri-</i> <i>bus</i> paratur, cujus haustus prima vice dimi- dium, de residuo autem omni quadrante ho- rae cochlear cibarium capitur. Tincturae, quae ex <i>drachma</i> Ipec. fit, in alcoholis uncia digesta, guttas quinque, v. decem pro dosi praescribunt. Dosi refracta pulveris ab octava grani par- te ad dimidiam augetur, dum ad infusum aquosum <i>unciarum sex grana</i> radice <i>decem</i> aut <i>quindecim</i> recipiuntur.
<i>Viola odorata.</i> Wohlriechendes Veilchen; Märzenveilchen.	Planta europaea. — Pentand. Monogy- nia. — perennis, loca umbrosa amans, nobis radicem et flores largitur.	<i>Radix</i> nodosa fibras emittens extra fusca, intra albicans, saporis subama- ri, acris. <i>Flores</i> caerulei, suaveolen- tes ejusdem principii emetici participes sunt.	Materia emetica ex radice extracta simili effectu ac Ipec. dosi tamen <i>dupla</i> aut in pul- verem trita, aut cum aqua leniter cocta prae- scribitur. Syrupus Violarum ut corrigens et adju- vans addi potest.
<i>Asarum europaeum.</i> Haselwurzel.	Planta — Dodecand. Monogy. — sylvaram europaearum; radicem et fo- lia adparatui medicamentorum ad- jungit.	<i>Radix</i> sicca flavescens, odoris aro- matici, saporis acris, subamari; <i>Folia</i> crassa, viridia, odore et sapore radici cedunt, quo utroque sicca maxima pro parte spoliantur.	Radix in pulverem contusa et a <i>scrupulo</i> ad <i>drachmam</i> praescripta effectum emeticum certius exserit, ac, quae cum aqua inde pa- rantur remedia fluida. Infusum vinosum, ad quod radice <i>drach-</i> <i>mae duae</i> et vini <i>unciae aliquot</i> recipiuntur, virtutem non multo inferiorem ostendit. Fo- lia recentia eundem admittunt usum; eorum pulvis ad sternutamenta refertur.
<i>Cortex caribaeus.</i> Caribaeische Fieberrinde; falsche Chinarrinde.	<i>Cinchona caribaea</i> — Pentandria; Monogyn. — arbor in insulis caribaeis — Jamaica — occurrit.	Cortex convolutus viridis, rugosus, odoris aromatici, saporis amari, nau- seosi, epidermide lichenibus obsessa.	Cujus pulvis a <i>granis quinque</i> ad <i>scrupu-</i> <i>lum</i> ingestus effectum emeticum et purgan- tem eumque non exiguum praestitit.

Praeparata.

Virtus specialis.

Actio dynamica generalis.

Emetin. —Principium efficacax Ipec. materiam ad naturam alcalinam accedentem sistit. A Professore *Magen-die* a *granis duobus ad quatuor* in unciiis duabus aquae solutis ad vomitum sollicitandum praescribitur.

Paleis Doweri, componitur ex *una Ipec. una Opii* et *Sacchari albi partibus octo*. Ipec. virtutem Opii narcoticam minuit, Opium autem vim Ipec. emeticam demittit.

Remedium est diaphoreticum, et adhibetur in morbis rheumaticis, catarrhalibus a transpiratione cutis suppressa ortis et aliis ab octava grani parte ad integrum.

Syrupus Violarum. Ex infuso petalorum recentium saturato cum duplo sacchari paratur, qui sapore odore et colore aegris placet.

Ipecacuanha dosi refracta virtutem stimulantem, dosi plena more aliorum emeticorum, emeticam exhibet. Dos. r. sensatio ventriculi alteratur, nausea oritur, secretiones augentur, in ventriculo, duodeno, hepate etc. secreta tamen minus soluta visuntur, quam opo Tart. emet. Sensatio aucta deorsum versus haud contingit in tractu intestinali. Maxime agit in plexum nervorum gastricum, hepatis et duodeni, exquisite autem in nervum pneumogastricum, cum vitam pulmonum, tracheae, cordis, diaphragmatis et ventriculi afficit.

Hinc indicata est in morbis spasticis, tussi convulsiva, asinina — canina — quae ex intemperie nervi vagi oritur; sed non in stadio febrili catarrhalis irritationis, solum praesente caractere nervoso; in tussi asthmatica, periodica — in phthisi — haemorrhagiis pulmonum, hoëmoptoe, si abnormis nervorum constitutio notam spasticam declarat, et congestionibus activis non stipatur; in phthisi ulcerosa, si debilitas, laxitas, atonia membranarum mucosarum adest, ubi Ipec. his organis majorem tribuit vitalitatem. Nimias se et excretiones alvinas ex atonia ortas sistere valet, sordes tamen primariae gastricae, si adsunt, aliis remediis evacuandae sunt. Hinc in diarrhoea, dysenteria, cholera haec radix etiam *antidysenterica* dicta, quin irritatio membranarum mucosarum intestinalis tractus et nota inflammatoria adsint, praesente atonia, debilitate adhibenda. In utero non agit specificè, in adfectionibus tamen spasticis, in metrorrhagia a contractione spastica orta laudatur. In febribus gastricis, si in characterem vergunt putridum aut nervosum, vitam nervorum incitans sistit remedium; pari ratione in principio februm nervosarum simplicium. Primis in adfectionibus rheumaticis et catarrhalibus, quin febris adsit; in febribus intermittentibus atonia suffultis, remedium praestans. Minori virtute in hydrope, impetiginibus e. s. p. nisi spasmi originem debentibus adhibenda. Favet individuis constitutionis gracilis, juvenilis aetatis, foeminis.

Viola odorata, *Asarum europaeum* et *Cortex caribaeus* hodierno die rarissime in usum trahuntur.

nationes in hepate, aliisque organis abdominalibus provocat, et mixturem sanguinis pessumdat. A febribus nervosis adynamicis, putridis e. c. ubi humores iniqui resolutionem corporis potius indicant, absint haec remedia.

Si mucus aut vermes in tractu intestinali haerent, non solum, quia nimia moles egeritur, sed etiam propria vita sanguinis et vasorum lymphaticorum augetur, et opus reproductionis emendatur, cum bono effectu emetica adhibentur. Si febris characterem nervosum adsumunt, emetica ut remedia excitantia agunt. In morbis psychicis — mania — cum emetica antagonistice systema cerebrale deprimunt, summae dignitatis remedia sunt. In arthritide, hydrope universali tamen minus aestimanda, quia symptoma non autem morbi fundamentum tollunt. In morbis cordis non licet emeticis uti. In morbis pulmonum, si mucus tenax stagnat, si vomica aliqua jam minuitur rupturam, si pus aut sanies in parenchymate pulmonum vomicarum ruptura accumulatur, emetica sumuntur, ne suffocatio oriatur. In acutis inflammationibus laryngis, ubi membranae novae et novae — pseudomembranae — accrescunt, in angina membranacea saepe solum emetica felicem sperare sinunt exitum. In polycholia remedia exhibent praestantissima, ne malis posthumis metastaticis corpus vexetur aegri. In febre puerperali, si secretiones praepeditae, excretiones retentae non eliminantur, quo organa irritantur, inflammanur, tristes sequelae oriuntur; quapropter eo magis emetica indicata sunt; pari ratione in metrorrhagia et sub graviditate.

Si periculum in mora est, et vomitum cito provocare studemus, per digitum aut alia mechanica actione fauces vellicamus; etiam aquae tepidae moles ingesta vomitum excitat, quae methodus autem nullatenus aestimanda.

Corpus sanguine turgidum, constitutionis apoplecticae, inflammationi visceris cujusdam nobilis adfectum aut nimis imbecille, vitia organica, hernia, prolapsus, aneurismata, viscera scirrhus inquinata, habitus corporis haemoptysi obnoxius, nimia sensilitas ventriculi, gastritis, vomendi impotentia, cardialgia, pertinax alvi obstipatio e. s. p. usum recusant emeticorum. Dosi plena utimur, si vomitum excitare cupimus, ubi autem nervos et vasa alterare studemus, dosi refracta adhibentur.

Multa alia pharmaca sub certa conditione emesis provocare valent, quapropter remedia hujus generis non specifica pollent actione emetica, sed quia jam parva dosi vomitum eliciunt, emetica dicuntur.

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Manna.</i> <i>Manna.</i>	<i>Fraxinus Ornus.</i> — <i>rotundifolia</i> , — excelsior — Polygam. Dioecia. — in terris Europae calidioribus hunc succum dulcem ex cortice vulnerato exsudat, qui ex Sicilia, Calabria et aliis provinciis regni Neapolitani nobis inspissatus advehitur. <i>Manna in lacrymis</i> ab insecto <i>Tettigonia Orni</i> et <i>plebeja</i> a Fabricio nuncupato elicitur. <i>Mannam Brigantinam</i> <i>Pinus Larix</i> in Gallia meridionali edit.	<i>Manna in lacrymis</i> optima est, et purissima, sed rarissima et non venalis. <i>Manna canellata</i> in frustulis oblongis, pallide flavis et rubescentibus occurrens; saporis dulcis, odoris est sat grati. <i>Manna Calabrina s. vulgaris</i> massas irregulares refert ex frustis albicantibus flavis, et fuscis compositas, saporis dulcis, minus grati, cujus grana puriora <i>Mannam electam</i> praebent; residuum <i>Manna sordida</i> audit <i>s. crassa</i> . <i>Manna larinica s. Brigantina</i> , quam ad ecoprotica non referimus, terebinthina impraegnata est.	Usus hujus remedii ea ratione fit, ut <i>uncia una</i> aut <i>tres</i> in aqua calida solutae exhibeantur. Etiam in decoctis aut infusis soluta aut in electuario cum remediis adjuvantibus et corrigentibus praescribitur. Saepe numero etiam in substantia sola sumitur. Semper <i>Manna electa</i> , quia <i>Calabrina</i> diversis rebus, uti: straminibus et aliis commixta reperitur, praescribenda est; <i>Manna larinica</i> autem in medicina veterinaria adhibetur.
<i>Fractus Tamarindorum.</i> <i>Tamarinden.</i>	<i>Tamarindus indica</i> ; — Monadelph. Triandria. — Indiae, Aegypti et Americae arbor, siliquas fert, quarum medulla nobis hoc medicamen largitur.	Quae ex India orientali venit acidior potentior ea deprehenditur, quam America mittit. Siliquae digitum magnitudine aequantes, hinc inde inflatae, cinereo nigricantes, medullam colore nigricante, odore vinoso, sapore acidulo distinctam, sub nomine fructuum <i>Tamarindorum</i> venalem recondunt.	<i>Fructus Tamarindorum</i> enucleati ab <i>uncia una</i> ad <i>daas</i> in decocto praescribuntur, quo tamen frequentius <i>pulpa Tamarindorum</i> adhiberi solet, quam ex iisdem fructibus in aqua fervida solitis, per setaceum trajectis et cum tertia sacchari parte spissatis parant, et ab <i>uncia</i> ad <i>tres</i> in fluido quodam solutam aut in electuario redactam aegris concedunt.
<i>Pruna.</i> <i>Pflaume.</i>	<i>Prunus domestica</i> — Icosand. Monogyn. — arbor europaeus hos fert fructus.	Saccharum, gummi, amyllum continent; sunt sat noti.	<i>Pulpa prunor.</i> ex fructibus maturis cum aqua coctis extracta et addita tertia sacchari parte spissata, dosi duplo majori praescribitur, quam <i>Tamarindorum</i> pulpa.
<i>Cassia fistula.</i> <i>Rohrcassie.</i>	<i>Cassia fistula.</i> — Decand. Monogyn. — arbor Arabiae etc. has fert siliquas.	<i>Ligneae, teretes, nigrae</i> pedem unam et duos longae, crassae medullam gerunt dulcem, nigram.	<i>Pulpa Cassiae</i> eodem modo ac <i>pulp. Tamar.</i> extracta eundem usum ac <i>pulp. prun.</i> admittit.
<i>Tartras lixiviae acidulus;</i> <i>Kali tartricum acidulum;</i> <i>Crystalli tartari;</i> <i>Cremor tartari;</i> <i>Tartarus depuratus.</i>	<i>Tartarus crudus</i> cum argilla quadam coctus et praemissa colatura in crystallos, quae <i>Crystalli tartari</i> nominantur, concrevit. Quae sub lixivii evaporatione renascitur pellicula; antea <i>Cremor tartari</i> audit.	<i>Ipsae. Crystalli irregulares</i> obscure cubicae, saporis debilioris aciduli, coloris albi. <i>Crystalli colore amoeno subcaeruleo, candido</i> superbientes, calce inguinatae cuprea sunt rejiciendae.	Ab <i>uncia semis</i> ad <i>integram</i> , ut alvum moveant, aut in pulveris forma, aut in decoctis, infusis et electuario, cum adjuvantibus et corrigentibus hae <i>Crystalli</i> praescribuntur.
<i>Gereinigter Weinstein.</i>	<i>Crystalli ad usum in pulverem con-</i>	<i>In centum frigidae, triginta partibus</i> fervidae aquae solvuntur, ex qua frigidata mox secedunt.	Ad <i>drachmas duas</i> de die exhibentur, ut solvant, temperent, urinae adjuvent secretionem.

Praeparata.	Virtus specialis.	Actio dinamica generalis.
<i>Syrupus mannatus.</i> Fol. Senn. Alex. drach. quat. Sem. foenic. drach. dimidia infund. Aq. ferr. unc. tribus. Colat. drach. octodec. adde: Sacch. alb. unc. tres. Mann. calab. drach. sex. spissat. in Syrupum. Infusum Sennae c. Manna; s. Infus. laxat. Viennense de quo infra sermo. Vide Sennam.	Dum recens est Manna, dulcium ad instar modice nutrit, humores spissiores solvit, nimium vitae fervorem aliquo modo temperat. Diutius servata mutationem aliquam internam ingredi, et fermentationem inire et inde, qua alyum movet, vis acui videtur. Muco — saccharum, quod tenet, concitato leniter motu intesti- norum vermiculari alvi simul excretionem adjuvat. Ob has vires febribus gastricis, biliosis, adfectionibus catarrha- libus, raucedini, tussi, stranguria, colicae saturninae opponitur. Saepe remediis efficacioribus salinis copulatur, ut effectus ec- coproticus promoveatur. Ventriculorum et intestina nobiliora et sen- siliora gravius adficit, si fermentatione mutata est, et deinde fla- tus, tormina, spasmos adducit.	Remedia per alvum evacuantia. Remedia intestina eo stimulo vellicantia, ut eorum secretionem uberiores, motumque peristalticum alacriorem reddant, mate- rierum simul in tubo intestinali morantium per alvum evacuatio- nem efficiant, eoque hunc canalem a rebus superfluis vel et noci- vis liberent, <i>purgantia</i> inde s. <i>cathartica</i> adpellantur. Sed sine jure purgantia dicuntur, quia aliis remediis per os et alia organa, per cutem etc. corpus purgare possumus. Si alvum evacuantia cum ventriculo in contactum veniant, plus minusve secretiones membranarum mucosarum augent, sic et in tractu intestinali, viis biliferis, pancreate, ducentibus nervis haec irritatio membranarum communicatur muscularibus, ut et hae in motum erumpant alacriorem. — Actio idiopathica. Res in ventriculo aut intestinis contentae aucto motu peristaltico evehuntur. Maximam tamen vim experiuntur tractus intestinalis, hepar et pancreas. Aucta secretionem bilis, succus gastricus, ente- ricus et pancreaticus majori ad ventriculum conflunt copia; vasa irritantur resorbentia et sanguinis augeatur circulatio. Vasa capil- laria in stratis viscerum abdominalium intime inter se conjuncta, ubi sanguinis major confluit copia, latius diffundunt hanc actio- nem; etiam in liene ope vasorum brevium hoc contingit, ita qui- dem, ut libertas in systemate venae portae, si stases adfuerunt, restituatur. — Actio sympathica. —
<i>Serum lactis tamarindi- natum</i>, ex lactis fervidi li- bra et pulvae Tamar. uncia fit; praebet potum saluta- rem in febre ardente, aut cum polycholia incedente.	Saccharum, mucus, gummi, amyllum, maxima acidi citrici, non exigua tartarici, minor malici copia, nec non lixiva tartarica, acidula Tamarindorum medullam constituunt, eique vim concil- liant alvum leniter moventem, praevalentem in bile potestatem phlogisticam coërcentem et nimium vitae in sanguine vasorum- que systemate impetum moderantem. Hinc in febre biliosa putri- da, in scorbuto, dysenteria biliosa, morbo haemorrhoidali, vo- mitu cruento, remedium solenne.	Res in ventriculo aut intestinis contentae aucto motu peristaltico evehuntur. Maximam tamen vim experiuntur tractus intestinalis, hepar et pancreas. Aucta secretionem bilis, succus gastricus, ente- ricus et pancreaticus majori ad ventriculum conflunt copia; vasa irritantur resorbentia et sanguinis augeatur circulatio. Vasa capil- laria in stratis viscerum abdominalium intime inter se conjuncta, ubi sanguinis major confluit copia, latius diffundunt hanc actio- nem; etiam in liene ope vasorum brevium hoc contingit, ita qui- dem, ut libertas in systemate venae portae, si stases adfuerunt, restituatur. — Actio sympathica. —
<i>Serum lactis cum cremo- ri tartari paratum</i> non nisi minimam illius rationem so- lutam retinet.	Virtutem Tamarindorum melius explebit pulpa, dum cum li- xiva tartarica acidula conjungitur, ut qua pruna carent. Medulla ex muco-saccharo, gelatina pro maxima parte com- posita eandem virtutem exserit, ac pulpa prunorum, eccoproti- cam, lenientem.	Usu ergo horum remedium materies organica, quia ab aliis organis derivatur, minuitur; qualis effectus maximae est dignita- tis in hypertrophia, cum hac ratione principia plastica fastigantia evehuntur et vita sanguinis temperatur. Humororum confluxum ope horum remedium in tubum alimentarem praesentibus inflamma- tionibus cujusdam alii organi aut congestionibus objicem ponimus.
<i>Serum lactis cum cremo- ri tartari paratum</i> non nisi minimam illius rationem so- lutam retinet.	Alvum modo leniore reserant, vitae in vasorum systemate ex- cessum, aestum, sanguinis in partes singulares impetum et abun- dan- tem bilis secretionem compescunt, resorptionem simul et uri- nae fluxum expedientes. Conveniunt in colluvie gastrica, in ea praeprimis, quam uberius bilis secretio suppeditat, aut quae ex praevalente per primas vias in putredinem nisu emergit; in dy- senteria biliosa, in malis ab haemorrhoidibus tumidis irritatis oriundis, in hydrope praecipue illo, quem febrilis vasorum agi- tatio comitatur.	In stagnationibus organorum inflammatorum per alvum evacuan- tia indicata sunt; uti in hepatitide etc. Ob irritationem autem, quam in tractu intestinali eliciunt, haec remedia caute sunt adhi- benda, ne vis horum organorum infringatur, praeparatio chymi chylique elaboratio impedita aut labefactata fiat, auctoque motu peristaltico chylus evehatur. Diuturno confluxu humorum in ven- triculo et intestinis secretionibusque ceteris auctis omnis nutritio labitur. Etiam vis et vita in systemate vasorum et nervorum ex- hauriuntur, quia illis principia denegantur nutrientia aut detra- huntur, et ita magis sensiles et irritabiles fiunt.

PER ALVUM EVACUANTIA. REFRIGERANTIA. RECCOPROTICA. SALES MITIORES. OLEA PINGUIA.	Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
	<i>Tartaras lixiviae; Kali tar- tricum; Lixiva tarttrica; Tartarus tartarisatus. Weinsteinsaures Kali.</i>	Solutioni lixiviae carbonicae fervidae cremor tartari additur, et lixivium ad- siccum evaporatur. In massam pulve- rulentam redigitur.	Sal sapore salso, instructus pulverem refert albidum, in aqua facillime sol- vendum, ab addito acido aut in cremo- rem tartari convertitur, aut resolvitur.	Ad sollicitandam alvi excretionem ab <i>un- cia semis</i> ad integram, ad expediendam se- cretionem quamcunque etc. a <i>drachma una</i> ad duas in aqua aut decoctis et infusis solu- tus praescribitur.
	<i>Tartaras lixiviae et sodae; Sal polychrestus Seignetti. Tartarus natronatus; Soda tartarisata. — Weinsteinsaures Kali - Natron.</i>	Solutio sodae fervida cremori tartari saturata paulatim evaporatur.	Concrescit in crystallos prismata po- lygona referentes, magnas, pellucidas in duplo aut triplo aquae solubiles, sa- poris salsi, subamari, non adeo ingrati.	Ab <i>uncia una</i> ad <i>duas</i> vel in pulverem tritum, vel in aqua, in decoctis infusis solu- tus praescribitur. <i>A drachma una ad duas</i> de die usurpatus resorptionem sollicitat, materierum organicarum moderans cohae- sionem.
	<i>Tartaras lixiviae et ammo- niae; Kali ammonium tar- tricum; Tartarus solubilis s. ammoniacalis. Weistein- saures Kali — Ammoniak.</i>	Ex solutione cremoris tartari fervida ammonio carbonico saturata, et sensim evaporata emergit, dum, quae sub eva- poratione aufugit ammoniae pars, il- lico restituitur.	In prismata plana, parallela cogitur. Saporis subacris, subamari, refrige- rantis, vix duplam aquae partem ad so- lutionem desiderat. Calore resolvitur majori.	Adhibetur eodem modo eademque dosi ut lixiva tarttrica.
	<i>Lixiva et Soda boracico tarttrica; Borax tartarisa- tus. Borax - Weinstein.</i>	Solutio boracis et cremoris tartari ad siccum evaporatur.	Massa mollis, tenax, ex flavo albi- cans, saporis aciduli, subacris, sub aëris accessu liquescens.	Ad eandem dosim in aqua solutus ac li- xiva tarttrica praescribendus est.
	<i>Carbonas Magnesiae; Magnes. carbonica s. alba; Magnes. salis amari; Mag- nesia anglica. Kohlensaure Magnesia.</i>	Ex solutione Magnesiae sulfuricae fervida ope lixiviae carbonicae in aqua fervida solutae secernitur. E sale amaro, e Magnesia nitri aut muriae quoque paratur.	Pulverem albissimum, mollem, le- vem, inodorum, insipidum, nec aquae cum qua coquitur saporem ullum com- municantem, in acido sulfurico absque residuo solubilem exhibet.	Infantibus a <i>granis quinque</i> ad <i>decem</i> , adultis ad <i>scrupulum</i> pro singula dosi omni- secunda aut tertia hora repetenda cum sac- charo datur. Pilulis, electuario, subinde et fluidis remediis additur, ubi <i>scrupulus</i> de die sufficit.
	<i>Oleum Ricini; Oleum de Kerva; Oleum palmae Chri- sti. Ricinus - Oel.</i>	Ex seminibus <i>Ricini communis</i> — Monoecia; Monadelphia — elicitur, vel expressione vel coctione in aqua. Mater planta in India, Africa et Ame- rica sponte crescit, in Europa vero meridionali colitur. Semina sunt ovata, nitida, coloris externi variegati, cine- rei nigrique, intra nucleum album oleo- sum gerunt.	Oleum recens liquidum decolor, odo- ris vix ullius, saporis blandi, tempo- ris tractu obscurius, spissius, nun- quam coagulandum, in spiritu vini so- lubile, saepe cum pluribus aliis oleis pinguibus per fraudem inquinatum re- peritur.	Adultis ad <i>unciam unam</i> aut <i>duas</i> , aetate minoribus a <i>drachmis duabus</i> ad <i>semi un- ciam</i> exhibetur, vel merum, vel juscule car- nis, aut decocto hordei exceptum, vel ope gummi arabici, aut mellis in aqua suspensum.

Praeparata.	Virtus specialis.	Actio dynamica generalis.
	Alvi excretionem, secretionem abdominalis et humorum per vasa lymphatica et venas abdominales progressum leniter promovens, in morbis gastricis et biliosis, nec non in malis, quae a tardo regressu sanguinis e visceribus abdominis suam originem repetunt, in hypochondria, melancholia, mania, ictero, arthritide, hydrope, menstruis retentis, magnam sibi laudem promeruit.	<i>Usus horum remedium indicatur:</i> si sordes gastricae in tubo alimentari haerent, si moles nimia nutrimentorum ingesta, depravata adest, si nimia copia bilis, succi gastrici, pancreatici confluit, si mucum copiosum aut vermes intestinales auferre cupimus, si pyrosis contingit. Tamen distinguendum, quando emetica et quando laxantia sint adhibenda. Haerent sordes in ventriculo, et, si natura vomituritione, nausea etc. nisum declarat, contenta sursum eliminandi, <i>emetica</i>; si autem contrarium constat, nempe si sordes jam in intestinis tenuibus aut crassis provectae sunt, et nisus deorsum urget, <i>laxantia</i> indicata sunt. Quandoque tamen nec laxantia, nec emetica praescribi possunt, uti in morbis adynamicis: typho contagioso, febribus pestilentialibus, ubidum sordes iniquitiae ex debilitate vera et humorum resolutione organicorum ortae in ventriculo aut intestinis accumulantur. — In quibusdam morbis chronicis: arthritide, hydrope, morbo scrofuloso, autem laxantia illa, quae insimul roborant et quibus corpus non debilitatur, adhibenda. — In febribus intermittentibus; ictero, morbo haemorrhoidali, si organorum laxitas non inculpanda venit, haec remedia sunt propinanda.
	Eadem ac Lixiva tartarica virtute instructus ob vim leniter purgantem medicis, et ob saporem minus ingratum aegris prae ceteris purgantibus salinis placet. Eandem virtutem ac Lixiva tartarica exhibet, hinc in iisdem morbis adhibetur. In eundem finem a medicis adhiberi solet, ac Lixiva tartarica.	
<i>Magnesia usta.</i> Ex Magnesia per fortem ignem praeparatur. Acidum carbonicum in tubo alimentari avidius absorbet, a granis quinque ad decem praescribitur.	Magnesia carbonica cum acidis in corpore humano congregiens, turbas per illa commotas componit, alvum leniter movens. Hypochondriacis, hystericis, chloroticis, arthriticis acido primarum viarum, ructibus, flatibus, alvi obstructione; infantibus cardialgia, colica, vomitu, diarrhoea laborantibus, nec non iis quorum urinae acido lithico abundantes stranguriam etc. inducunt, levamen et solatium adfert.	Si autem venena assumpta fuerunt, potius emeticis, quam purgantibus remediis uti licet. In stadio critico morborum, crises naturae aequae purgantibus remediis non sunt perturbandae, hinc horum usus est interdictus. Praesente majori debilitate et laxitate aut tubi solius intestinalis, aut totius corporis, penuria humorum plasticorum, nimia sensilitate organorum abdominalium, aut superveniente inflammatione ventriculi aut reliqui tubi alimentaris cautissima sunt adhibenda manu, et ex penu illorum sales sulfurici plane evitandi.
	Ob virtutem, qua gaudet, lenientem, eccoproticam et vermibus intestinalibus adversam in ventriculi et intestinorum doloribus, spasmis, in ileo, in casu assumpti veni acris, in dysenteria, in haemorrhoidum tumore, in stranguria et adfectionibus similibus medicorum votis saepe respondet; sunt et, qui singularem illi vim in taeniam tribuunt. Reliqua olea pinguis: Oleum olivarum; amygdalarum; nucum juglandum; seminum Papaveris; Lini; Canabis etc. vi leniente et eccoprotica oleo Ricini vix cedunt, potius tamen ad demulcentia pertinent, ubi pertractantur.	Ex varia purgantium natura e vario inde profluente effectu in duos mere distinguuntur ordines, quorum alter <i>refrigerantia</i> aut <i>antiphlogistica</i>, alter <i>calefacientia</i> aut <i>phlogistica</i> ad designationem adcuratorem comprehendit.

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Sulfas Lixivae; Kali sul- furicum; Arcanam duplica- tum; Tartarus vitriolatus; Sal polychrestus Glaseri. Schwefelsaures Kali; Dop- pelsalz; Vitriolisirter Wein- stein.</i>	Acidum sulfuricum nitro infundi- tur, aut directa compositione partium constituentium hic sal paratur. Lixiva sulfurica residua a praeparatione acidi nitrici, acido, quo forsan abundat, sulfurico addito calce carbonica sepa- rato, in nostris officinis habetur.	Crystallis distinguitur pyramidali- bus, irregularibus, sex duplam faciem molientibus, vitreis, quae sub aëris accessu constantes, frigidae decuplum, fervidae quinduplum ad solutionem re- quirunt, sapore salso, amaro instructae, Saepe terris aut calcibus quibusdam metallicis inquinatus reperitur.	Ad purgandum ab <i>uncia dimidia</i> ad <i>drach- mas sex</i> , ad solvendum et viscera abdomi- nalis ab humoribus stagnantibus liberanda ad <i>drachmam</i> de die aut in pulvere cum succharo aut Magnesia, aut in decoctis aut infusis cum adjuvantibus et corrigentibus re- mediis praescribi solet.
<i>Sulfas Sodae; Sulfas so- dae crystallisatus; Natrum sulfuricum crystallisatum; Salmirabilis Glauberi; Soda vitriolata. Schwefelsaures Natron; Glaubersalz; Wun- dersalz.</i>	Expulsione acidi muriatici ex Soda muriatica per acidum sulfuricum prae- paratur, quod plerumque acido abun- dat sulfurico. Occurrit quoque in aquis quibusdam mineralibus, in cinere plan- tarum maritimarum.	Crystallis magnis prismaticis, poly- gonis, subpellucidis superbit, quae ab aëre diutius contactae in farinam fati- sunt, quo aquam crystallos ingressam et ponderis sui dimidium amittunt. Sa- pore salso, refrigeranto, gustum non adeo offendente, in frigidae triplo so- lubiles sunt.	Ut purget ab <i>uncia semis</i> ad <i>drachmas sex</i> et <i>uncias duas</i> , ut solvat, resorptionem, excretionem etc. expediat ab <i>drachma una</i> ad <i>duas</i> aut in pulvere aut in solutione cum aliis remediis copulatus, datur.
<i>Sulfas Magnesiae; Mag- nesia sulfurica; Sal ama- rus; Sal catharticus s. An- glicanus s. Epsomensis. Schwefelsaure Magnesie; Bittersalz.</i>	Quondam ex Angliae fonte Epso- mensi repetita est, nunc sal magna co- pia ex lixivio obtinetur a soda muria- tica in crystallos concreta residuo.	Sal venalis, quem lixivio saepius agi- tato in crystallos citius cogunt, has ip- sas exiguas, tenues, acutas offert, quae sub quiete magnitudinem sat conspi- cuam assequuntur. Sapore salso-amaro instructus, calori expositus fatiscit, in aquae frigidae aequali portione sol- vendus.	Dosis media <i>uncia una</i> , quae in aqua so- luta ut plurimum praescribitur. Etiam in clysmate adhibetur ab <i>uncia una</i> ad <i>duas</i> .
<i>Sal Saidschützensis et Seidlitzensis.</i>	Aqua utraque in Bohemia profluente evaporata hic sal remanet.	Crystalli parvae lacteae, saporis salis, amari, temporis tractu in farinam col- labuntur.	Qui effectum desiderat purgantem salis in aqua communi soluti <i>unciam dimidiam</i> aut <i>integram</i> ordinat.
<i>Marias Hydrargyri mitis.</i>	De quo alio loco.		

Praeparata.	Virtus specialis.	Actio dynamica generalis.
	Solvit et infringit indolem phlogisticam; antiphlogistice agit. Medium locum tenere videtur inter Nitrum et caetera purgantia salina. Purgat intestina, sollicitat vasa lymphatica et venas abdominales ad officia sua, humorum imminuit plasticorum nisum. Exhibetur, si purgantibus egent corpora aetatis juvenilis, constitutionis fortis, inflammationibus prona, in febre gastrica saburali, verminosa, pituitosa, biliosa; si stases in hepate deleguntur, aut in systemate venae portae occurrunt. In statu debilitatis, aut ubi corpus solum in debilitatem declinat, individuus sensilioribus, senibus, infantibus, sub inflammatione tractus intestinalis aut viarum uropoëticarum non concedendus.	Purgantia refrigerantia. Remedia haec naturae phlogisticae contraria, magis stimulo negativo intestinorum evacuationem efficiunt, sed irritationem, quam exerunt, per totum systema vasorum non diffundunt, hujus potius impetum vitalem et fervorem nimium moderant, quia sanguis fluidior et magis serosus redditur. Nutritionem, congestionum, pulsum infringunt vim et fortitudinem; in morbis tractus intestinalis energia et nimia vitalitate incedentibus, praesentibus sordibus, in individuus tenuioribus, juvenibus, feminis sensilibus, exceptis senibus, praestantia exhibent remedia. Morbis autem cum vitalitatis jactura ingredientibus haec remedia non sunt opponenda.
<i>Sulfas sodae siccatus, s. Natron sulfuricum</i> est idem sal in pulverem collapsus, et aqua sua orbatus. Hujus etiam loci: <i>Sal thermarum Carolinae</i> ab evaporatione aquarum Carol. residuus; id quod et de <i>sale acidularum Egranarum</i> valet.	Purgans est antiphlogisticum et praestans laxans; auget secretionem in tubo alimentari et motum peristalticum; secreta tenuiora reddit. Praecipue agit in hepar et pancreas, si irritatio aut inflammatio horum organorum adest, aut si stases bilis occurrunt. Energia tamen naturae sanguinis arteriosi, fibra et cruore abundantis praevalere debet, ne usus hujus remedii illicitus fiat. Etiam in febre verminosa cum aliis anthelminticis junctus, in febre exanthematica, in variolis, scarlatina, in febre biliosa, si deorsum turgescunt secreta, in apoplexia, sopore, inflammatione cerebri, congestionibus et aliis inflammationibus, non nisi in illa viarum uriniferarum tractusque intestinalis indicatur.	In inflammationibus metastaticis, in apoplexia ex plethora vera ortis, in bilis stasibus, lienis adfectionibus et haemorrhoidum, in hypochondria, melancholia, omni aevo a medicis usurpata sunt medicamina. Usus tamen illorum immodicus in longumque protractus nocet; passivas humorum ad viscera abdominalia congestiones adliciendo, roborem ventriculi et tubi intestinalis infringendo, alvi segnitiam inducendo, functionum vitae concentum tollendo, restorationem organorum omnium retinendo, totumque labefactant corpus humanum.
	Est sal purgans praestantissimus, in systema vasorum autem sese minus insinuat, quam Arcanum duplicatum aut sal Glauberi. Agit minus debilitando et relaxando, quam cetera praeparata sulfurica. Praecipue apud feminas in usum trahendus sub graviditate, partu, puerperio et lactatione. Nimiam lactis secretionem simul minuit. Sub hernia intercepta magis et lubentius in clysmate praescribendus. In colluvie gastrica, pertinaci alvi obstructione, colica saturnina et casibus similibus adhibetur. Virtutem suam praevalenti debet Magnesiae sulfuricae, qua in morbis variis abdominalibus, ac Magnesiae sulfurica laudatur.	<i>Purgantia refrigerantia</i> quoad efficaciae gradum iterum subdividuntur in <i>refrigerantia mitissima, eccoproctica</i>, et in <i>purgantia efficaciora s. antiphlogistica</i>, in sensu strictiori sic dicta. <i>Eccoproctica</i>, quae et <i>lenitiva</i> nominantur nisi hominibus ad diarrhoeam jam praeparatis exhibeantur, nec multo uberiores alvum reddere solent, nec fluidiorem, sed faciliorem modo excretionem alvinam ordinariam. Referuntur ad hunc ordinem <i>succi plantarum dulces, olea pinguis recentia et sales nonnulli mitiores</i>. Principia nutrientia horum remediorum, quae et <i>demulcentia</i> audiunt, corpus suscipit humanum, et ob principium acidum, quod tenent, in febre biliosa, in morbis organorum uriniferorum, in adfectionibus catarrhalibus, ubi character subinflammatorius subest, apte adplicantur.

**Nomina
et Synonyma.**
**Origo et Praeparationis
modus.**
**Habitus externus.
Natura materialis.**
Modus adplicationis.

Radix Rhei.
Radix Rhabarbari.
Rhabarberwurzel.

Plures sunt Rhei species, ut *Rheum palmatum*, *undulatum*, *compactum*, *cruentum*, *hybridum*, quae radices medicatas suppeditant, quin satis constet, quatenam earum maiorem virtutem possideat.

Mater planta — Enneandria; Trigynia — in provinciis Chinae occidentalis crescit, et sexennem nobis largitur radicem, quae caute siccata partim per Rossiam, partim per Indiam Europaeis transmittitur. Hinc in mercatorum officinis duplex Rhei Chinensis species venalis prostat, quarum altera *Rheum Moscoviticum*, altera *Indicum* audit. Rheum Europaeum, Rhaponticum apud nos in usu non sunt.

Rheum Moscoviticum e patria sua per Rossiam transvectum, et ibidem e radicibus notae inferioris selectum in frustis occurrit oblongis subterefibus, multangulis et ad tentandam indolem internam perfossis cum soliditate sat magna spongiosis. *Rheum Indicum* mari ab Anglis etc. advectum frusta teretia, compressa, compacta, dura offert, rarius perterebrata.

Genuinum sit siccum, mediocriter ponderosum, texturae spongiosae, ex pallido aut ex viridi et rubro flavescens, intra iisdem coloribus cum striis et maculis roseis, odore aromatico, nauseoso, sapore amaro, substringente nauseoso praeditum, salivam colore tinget croceo; stridorem simul sub dentibus edens.

Pulvis radices contritae saturate flavus sub rubeus a *drachma dimidia* ad *integram* exhibitus purgat, de quo *decem* aut *duodecim* grana pro dosi assumuntur; infantibus autem dosis multo minor sufficit. In forma infusi radix in dosi quoque plena adhibetur. Dosi refracta ubi stimulantem et roborantem effectum cupimus, infantibus *quadrans* aut *dimidia grani pars*, aetate autem proVectis *grana tria* — quatuor — quinque dantur. Infusum purgans ex *drachmis duabus*, *tribus*, *semi uncia* paratur. Coctio vim minuit purgantem. Saporem et odorem ingratum Eleosaccharo cort. Citri, Aurantii, Spiritu aetheris nitrici, sulfurici corrigimus.

Externe ulcerum indolem emendendi gratia, a quibusdam pulvis ulceribus inveteratis inspergitur.

Folia Sennae.
Sennes Blätter.

Planta mater *Cassia lanceolata* et *Cassia Senna* — Decandria; Monogyn. — nobis folia praebent usitata, quarum ista in Aegypto, haec in Asia, Africa et Europa meridionali crescit. *Senna Alexandrina* a *Cassia lanceolata*, *Senna Italica* s. *Provincialis* a *Cassia* Senna originem petunt.

Senna Arabica s. *de Mocha* a *Cassia acutifolia* repetitur.

Senna Tripolitana a *Cassia obtusata*, et *Senna spuria* a *Colutea arborescenti* venit.

Folia S. Alex. sunt longe plurima lanceolata, mollia, ex flavo viridicantia, saporis acris, amari, nauseosi, odoris ingrati.

Folia S. Ital. prioribus latiora, magis nervosa, viridia, saporis glutinosi, minus amari.

Folia S. de Mocha sunt multo longiora, angustiora.

Senna Tripol. foliis majoribus, obtusis, asperis, viridibus distincta.

Senna spuria figura inverse cordata a *Senna genuina* facile distinguenda.

Aut in forma pulveris a *drachma dimidia* ad *integram* exhibitur, qui tamen siccus assumptus tormina facile causat, nisi electuario obvolvatur. Praestat igitur infusum aquosum cum ebullitione modica paratum, ad quod, dum ad uncias quatuor desideratur, fol. Senn. *drachmae duae, tres*, vel *et semi uncia* recipiuntur, si nil aliud adhibetur; si autem cum adjuvantibus praescribitur, *drachma una* ad infusum parandum sufficit.

Electuarium fol. Senn. a quibusdam etiam in infuso flor. Chamomillae solutum ad clystima praescribitur.

Praeparata.**Virtus specialis.****Actio dynamica generalis.**

Extractum Rhei; ex decocto rad. evaporato paratur, et ad *drach.* de die conceditur.

Infusum Rhei chinensis c. alcali, v. *Tinctura Rhei aquosa*, Rad. Rhei semiuncia, aquae lib. semis et lixivae carb. drachma recipiuntur.

Sine alcali—*Infusum Rhei* simpliciter audit. *A semiuncia* ad *uncias duas* praescribitur.

Syrupus Cichorii cum Rho. Decoctum herb. et rad. Cichorii, rad. Rhei infusum et lixivae carb. pauxillo impraegnatum, cum aequali sacchari pondere in syrupum spissatur. Infantibus recens natis ad *cochlearia duo parva* omni bihorio exhibetur.

Infusum laxativum, v. *Aqua laxativa Viennensis*, Fol. Sennae drachm. sex; Crem. tart. drachm.; aquae font. ferv. unciae sex; infuso colato Mannae electae uncia additur. Ab *anciis duabus* ad *quatuor* praescribitur. Cum syrupo sic dictum *Hydromel infantum* praebe-

Electuarium lenitivum, Pulp. Tamar. unc. tres, Roob. Samb. uncia; Fol. Sennae et Crem. tart. $\frac{3}{4}$ uncia semis; Mel. desp. q. s. ut f. electuar.

Syrup. folior. Sennae. Infus. fol. Senn. et rosar. cum sacchari duplo spissatur.

Magnam in corpus humanum virtutem exserit, qua tamen vitam plasticam, et quae huic praesunt, organa praeceteris adficit. Dosi plena laxat, refracta tubum roborat alimentarem. Motum ventriculi et intestinalium ad alacriores urgentes contractiones, secretionem augens, resorptionem horum organorum vivaciores reddit, nimum plasticum omnemque motum vitalem intendit, calorem insimul animale auget. Si propter laxitatem ventriculi et tractus intestinalis diarrhoea provocata existit, Rheum hanc in dosi refracta sistere valet. Si diarrhoea anomala bilis secretionem, stagnantibus hepatis vasis, bilis colluvie in duodeno originem debet, tum Rheum bilis emendat constitutionem, organa roborat relaxata, — diarrhoeam amovet. Pari ratione in ictero, scrofulis, fluxu menstruo retento, auxilium promittit. Majori dosi aequae auget secretionem organorum abdominalium, sed multo magis, quam dosi refracta; insimul non tam membranas villosas quam stratus musculares intestinalium ad majores urget contractiones, quo fit, ut alvus largior excernitur. Cum autem haec actio roborans per totum dissipetur corpus, Rheum solum illis individuis convenit, in quibus laxitas, debilitas organorum, sanguinis inertia humorumque inquilinorum, temperamentum phlegmaticum praevalent.

Sistunt remedium laxans simulque irritans; nam intestina salacri stimulo vellicant. Solum scopo purgante in usu sunt, si torpor tubi alimentaris praesto est, et motum peristalticum valdopere intendere cupimus. Praesente colluvie pituitae, muci, vermium, in morbis gastricis, sic et in morbis psychicis, individuis melancholicis praescribenda sunt; individuis autem apoplexia, enteralgia, orgasmo, congestionibus, inflammationibus subpositis et feminis sensilioribus ad tormina, colicam, haemorrhoides pronis, minus conveniunt.

Dosi parva leniter irritando in membranas viarum respiratoriarum mucosas agit; hinc cum aliis remediis conjuncta in statu pituitoso bronchiarum et in catarrho chronico a quibusdam exhibetur.

Purgantia antiphlogistica in sensu strictiori sic dicta magis sunt sales sorbentes, quam purgantes, quod in primis valet de salibus sulfuricis.

Purgantia calefacientia autem contrarium moliuntur purgantium refrigerantium, nam stimulo nimirum positivo, quo intestina ad evacuationem sollicitant, vasorum simul sanguiferorum renisum vitalem, sanguinis circulum et calorem intendunt.

Calefacientia purgantia iterum secundum efficaciam subdividuntur in *mitius irritantia*, atque *vehementiora s. drastica*.

Quod de *mitioribus* quoad virtutem generalem adnotandum est, sub virtute medicaminum singulorum speciali exponitur.

Purgantia drastica ea dicuntur remedia, quae ventriculorum et intestina tanto vellicant stimulo, quod profusus alvi fluxus cum torminibus saepe et cum vomitu conjunctus efficiatur; quin imo, dum incauta largiantur manu, evacuationes vix frenandas coercendasque, maximam virium prostrationem, vel et intestinalium aut ipsiusque ventriculi inflammationem, in gangraenam nimis nitentem inducant. Usus horum remedium a medicis recentioribus sapientia et humanitate arctissime nunc limitibus et ad illos modo casus restrictus est, ubi canalis singularis alimentaris et reliquorum viscerum abdominalium inertia et torpor ad paralytin accedens, vel et vermium expulsio intestinalium, praeprimis taeniae necessaria fortius sibi remedium desiderat. Hoc tamen non obstat, quo minus iisdem remediis refracta dosi ut dicunt adhibendis, in malis non paucis locus adhucdum concedatur, ubi saluberrimos haud raro effectus praestant, et plurimum ad restituendam miserorum salutem contribuunt.

Drastica ventriculorum et tractum intestinale vehementer adgrediuntur, et quidem dosibus quoque exiguis, simul contractiones ventriculi et intestinalium cient, quo fluxus alvi multo largior redditur. Quo major autem dosis singula evadit, eo vehementiores causat effectus.

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Aloë.</i> Aloë.	Succus spissatus a pluribus Aloë speciebus repetitus. <i>Aloë soccotrina</i> Aloës spiccatae, perfoliatae — Hexandr. Monogyn. — e foliis dissectis sponte effluit, et paulatim densata exsiccatur. Nomen derivatum ab insula Soccotora, ubi crescit. <i>Aloë lucida</i> ab Aloë arborescente, mitraeformi in Capite bone spei crescente accipitur. <i>Aloë hepatica</i> ab Aloë vulgari derivatur.	<i>Aloë soccotrina</i> in frustis occurrit rubro viridibus, splendidis, ad marginem subpellucidis, in pulverem croceum terrenda, saporis amari, nauseosi, odoris proprii; recens succus ab aëre colorem ex purpureo contrahit caerulescentem. Pars una illius in aqua, altera in spiritu vini solvitur, et, si destillationi subjicitur, aliquid aetherei emittit. <i>Aloë lucida</i> frusta minora splendida huiusmodi notis ac soccot. praedita offert. <i>Aloë caballina</i> omnium est infima ad usum medicum quemcunque non admittenda.	Aloë soccotr. quae melioris notae est, in medicina in usum venit, et ea ratione adhibetur, ut a <i>grano uno</i> ad <i>quinque</i> pro dosi plena semel, his terve de die optime pilularum massa abscondita aegris exhibeatur, cum pulvis et solutio Aloës medicamina praebent nimis nauseosa. Dosi refracta, scopo irritante et modice evacuante <i>dimidia grani pars</i> , aut <i>duo grana</i> , illa pro dosi, haec de die sufficiunt. Massa pilularum Rufi in massam iterum pilularum cum aliis remediis redacta a <i>granis quinque ad decem</i> pro dosi quotidiana praescribitur.
<i>Radix Jalappae.</i> Jalappa od. Purgirwurz.	<i>Convolvulus Jalappa.</i> — Pentandria; Monogynia. — Jpomaea Jalappa recentiorum, planta americana in regno Mexico atque circa hujus urbem Xalapam copiosa, radicem officinis tradit.	Radix recens, magna aut globosa aut piriformis, succo scatet lacteo. Siccata molis minoris integra aut in frusta dissecta orbicularia, nunc oblonga, extracoloris obscure fuscii, intra solida, lurida, stratis pallidioribus et obscurioribus in nigrum tendentibus interstincta, parte resinosa gravata venditur. Calefacta odoris ingrati, saporis vix in principio percipiendi, dein nauseosi, acris.	Radix in pulverem contrita ex flavo fuscum, pueris a <i>granis quinque</i> ad <i>decem</i> pro dosi bis aut ter de die repetenda cum saccharo exhibetur. Si pulverem recusat aeger in electuario, bolo, massa pilularum absconditur. <i>Grana quinque</i> Jalappae cum grano Mercurii dulcis pro dosi et scopo citius purgante copulantur.
<i>Agaricus albus.</i> Weisser oder Lerchenschwamm.	<i>Polyporus officinalis</i> , Boletus Pini Laricis, fungus acaulis in Pini Laricis trunco crescens, figurae variae et magnitudinis, porosus, coloris aurei, in aetate proventus albicans, sapore dulci dein amaro, resinoso instructus, odore farinam recentem redolente.	Cute sua exutus, malleo emollitus et siccatus venditur, quo albus, levis et tenax redditur.	Pulvis, in quem obtenacitatem, nisi cum Tragacanthae gummi soluto in massam redactus fuerit, deinde exsiccandam difficulter teritur, ut purgaret ad <i>drachmam</i> dimidiam olim praescriptus est. Eundem effectum infusum praepreimis vinorum praestat ex drachmis duabus paratum.

Praeparata.	Virtus specialis.	Actio dynamica generalis.
<i>Extractum Aloës aquosum.</i> E solut. aquosa a sedim. inde secusso def., col. et leni igne evap. paratur, eodem modo ut Aloë integra praescribendum. <i>Tinctura Aloës simplex.</i> Solut. insp. vini. Ad usum nunc externum reservata. <i>Tinctura Aloës composita.</i> Tinct. Aloës simpl. tinct. Myrrhae et Croci commiscetur. Externe adhibenda. <i>Massa pilularum Ruffi.</i> Aloës unciae tres; Myrrhae uncia una et semis; Croci semiuncia cum Tinct. composita Aloës in massam pilularum rediguntur.	Cum Aloë stimulo valido intestina, praepimis et vasa sanguifera abdominalia adficit, ut irritatio per totum diffundatur systema vasorum, jure omni ad drastica referendam esse, censeo. Alvum movet, sanguinis impellit circulum, ejus torrentem ad organa debiliora, ad vasa venosa meseraica et coeliaca, aut uterina in feminis convertit. Dosi jam minori secretionem promovet, stases dissipat, bilis auget secretionem, sed non fluidiorem illam reddit. Alvum secernit fluxilem, et magna agit vi ad vasa venosa, hinc facile haemorrhoides causat; specificè autem ad vasa uterina, contractiones et haemorrhagias expediendo actionem convertit suam. Feminis quidem a torpore fluxu menstruo retento, individuus fluxu haemorrhoidum suppresso, praesente vitae alacritate minori, et totius vasorum systematis languore reservanda est. Feminis autem gravidis in abortum pronis remedium summe insidiosum est. Majori dosi ut drasticum purgat, et adhibetur praesente laxitate et torpore magni tubi alimentaris totiusque adparatus digestionis. Externe adhibita nisum ulcerum excitat plasticum.	Non tantum motum omnem intendunt peristalticum, imo et vomitum provocare valent drastica. Praeterea nervos splanchnicos vehementer adgrediuntur et adficiunt, qua ratione ob vehementem influxum in organa vitae humanae totiusque adparatus digestionis plus adferunt damni, quam emolumenti aegris, qui his tractantur remediis. Cautissima ergo sint adplicanda manu, et tantum in iis morborum speciebus, ubi torpor, paresis aut paralysis, laxitas, atonia aut organorum abdominalium languor praesto sunt, ubi magna pituitae, muci, sordium aut vermium moles haec ingratat organa. In morbis psychicis: melancholia, mania et similibus mentis alienationibus, ut medicamina rebellantia, et antagonisticè vitam cerebri adficiunt, cum aegri tales haec remedia drastica majori etiam dosi suffere valent, quin effectus orirentur damnosi et periculosi, magnam sibi famam promeruerunt. In rheumatologia chronica, arthritide pertinaci, inveterata, in morbis, ubi haemorrhagiae praecavendae sunt, et multis aliis cautissime sint administranda. Ex his omnibus luculenter evictum esse puto, quod drastica illis solummodo morbis opponamus, ubi aliis remediis mitioribus et minus periculosus effectus, quos desideramus, non producere valeamus; et quod, si indicata sunt, semper maxima adhibeantur cautela.
<i>Resina Jalappae.</i> Solut. radicis in spiritu vini et distillatione solutionis separatur. Remedium violentum. <i>Tinctura Jalappae.</i> Sol. rad. in sp. vini. Caute adhibenda. <i>Sapo Jalappae.</i> Ex resina Jalappae et sap. medic. in sp. vini solutis et dein spissatis paratur. Ad grana quinque decem pro dosi conceditur. <i>Electuarium purgans et electuarium contra vermes</i> sunt jam obsoleta praeparata.	Resina radicis est principium acre, quod drastice operat, tamen inter reliqua drastica mitius agit. Secretiones et contractiones tractus intestinalis auget, colluviem muci gastrici etc. amovet; contra taeniam autem minus efficax reperitur, nisi aliis cum anthelminticis copuletur. Non nisi hominibus temperamenti inertis, aut quorum intestina et reliqua viscera abdominis stupefacta stimulis mitioribus non amplius obediunt, morbis denique, in quibus torpidum gangliorum systema sollicitare juvat, respondet. In hydropo, arthritide a quibusdam commendatum remedium; sed dubito, quod in his morbis alium effectum quam alvum evaculare, praestare valeat. Solenne veteribus purgans drasticum, quod dosi minima a granis quatuor aut quinque pro dosi singulari adhibitum contra profusas hecticorum sudores recentiorum nonnulli commendant.	

Nomina et Synonyma.	Origo et Praeparationis modus.	Habitus externus. Natura materialis.	Modus adplicationis.
<i>Scammonium.</i> Purgirwinde.	Succus resinosus ex radice <i>Convolvuli Scammonii</i> — Pentandria. — Monogyn. — Syriam plantae incolentis, vulnerata elicitur, paulatim densatus, cujus tres occurrunt species: una <i>Halepense</i> , altera <i>Smyrnense</i> , tertia <i>Antiochicum</i> .	<i>Scammon. Halep.</i> cinereum, leve, spongiosum, in pulverem facile contendum, intra superficiem nitidam ostendit, in aqua liquescit, in spiritu vini solvitur, odore ingrato, sapore subamaro, acri, nauseoso distinctum. <i>Smyrnens.</i> et <i>Antioch.</i> minoris sunt virtutis.	In pulverem subtilissimum tritum et dum expeditur amygdalis subactum a granis tribus ad decem aliis plerumque, quorum vim acuat, purgantibus additum, subinde praescribitur.
<i>Gummi Guttae.</i> Gummigutt.	Succus gummi resinosus induratus; ex vulnerato cortice arboris <i>Guttaeferae</i> verae — Polygam: Monoecia. — Indiae orientalis, verum s. <i>Siamense</i> ; <i>Cambogiae Guttae</i> vero spurium s. Zeylanicum <i>Gummi Guttae</i> repetuntur. Succus fluens aëre et sole densatus in cucurbitas reconditur.	<i>Gummi Guttae Siamense</i> nostris in officinis vix occurrit. Massas teretes et longas, dolore rufo notatas, solidas, intra leve nitentes, saporis ex dulci subacris offert. In aqua solutum eam turbidam exhibet, cum spiritu vini solutionem pellucidam ostendit.	Exhibetur aut in pulvere aut vitello ovi subactum, in pilulis aut in emulso. Nonnulli idem remedium vel in aceto, vel in succo citri, vel in liquore lixivae carbonicae solutum mitius agere credunt. Dosis tutior granorum duorum, trium est, omni trihorio repetenda.
<i>Colocynthis.</i> Koloquinten.	<i>Cucumis Colocynthis</i> — Monoecia: Syngenesia — planta Arabiae, Syriae, fructus globosos fert, qui cortice suo tenaci, flavo exuti ad nos deferuntur.	Fructus cortice suo exuti sunt albi; spongiosi, tenaces, seminibus duris copiosissimis referti, saporis summe amari, odoris subdulcis, nauseosi.	Cum Colocynthis ob tenacitatem sola difficulter in pulverem redigitur, massam prius ex Colocyn. libra semis, pulveris gummi arab. uncia una cum dimidia et aquae fontanae quantum sufficit, parant, exsiccandam et in pulverem conterendam, quem pulverem Colocynthidis gummosum dicunt, et cujus dosis media granorum quinque.
<i>Oleum Crotonis.</i> Crotonöl.	<i>Croton Tiglium</i> — Dodecandria: Tryginia. — Indiae orientalis planta drasticam acrimoniam in omnibus gerit suis partibus. Nuper oleum ex seminibus expressum ob effectum purgantem in dosi minima iterum in usum revocatum est. Semina magnitudini et figurae Phaseoli vulgaris seminibus aequiparanda, siccata in cortice ex cinereo nigricante nucleum recondunt album.	<i>Oleum pingue</i> inde expressum, quod in lagenulis drachmam capientibus ex Anglia nobis transmittitur, spissitudinem olei olivarum, colorem flavum, odorem Jalappae resinam redolentem, saporem accerrimum urentem offert.	<i>Gutta una</i> hujus olei cum drachma sacchari commixta, pulverem exhibet in tot doses dividendum, ut singula aegro, morbo et canalibus alimentaris sensilitate respondeat. Si olei crotonis gutta olei amygdalarum unciae dimidia additur et hoc inde cum gummi arabico subactum in aqua suspenditur fontana, remedium habetur magis mitigatum. Etiam externe abdomini illinitur, ut alvum moveat.

Praeparata.**Virtus specialis.****Actio dinamica generalis.**

Diagrydium praeparatum, audit pulvis Scammonii subtilissimus, cum Amygdalis dulcibus subactus.

Resina Scammonii; spiritu vini extrahitur; venenis potius adnumerandum.

Resina peculiaris, eaque praevalens, gummi et materia amara Scammonium constituunt, quod canalem alimentarem vi drastica adficit; similes ac resina Jalappae effectus exserens ad expellendam taeniam hinc inde in auxilium vocatur.

Gummi Guttæ eadem vi purgante drastica instructum, uti priora remedia. Taeniam expellendi gratia cum Mercurio dulcitate copulatur; ut quinque aut sex grana Gummi Guttæ et duo vel tria aut quatuor Mercurii grana pro dosi porrigantur, et si taenia nondum remota est, dosis dimidia iterum repetatur, quæ methodus tam diu adsequitur, usque entozoon expulsum est.

Alhandal nominatur pulvis gummosus Colocynthidis. *Tinctura Colocynthidis*; Solutione in spiritu vini, ad guttas decem de die aliquoties exhibetur.

Dosi plena adhibita vehementissimum intestinis stimulum addit, quo tormina, evacuationes profusas, subinde cruentas et faventibus reliquis conditionibus ipsam intestinorum inflammationem efficere valet, nec desunt, qui ab externa hujus remedii in abdominis integumenta adplicatione alvum moveri observaverunt, qui in torpore, praeprimis viscerum abdominalium, radicanter morbi: melancholia, mania, epilepsia, hydrops, paralysis, a medicis antiquis hoc remedio non raro tractati sunt.

Tanta est hujus olei acrimonia et violentia stimulans, ut sexta unius guttulæ pars ad effectum purgantem jam sufficiat.

Unde summa in adplicando hoc remedio circumspectione opus esse, illudque non nisi aegris et intestinis admodum torpidis convenire sua sponte elucet.

Adnotatio.

Gratiola officinalis,
Radix Hellebori nigri,
Radix Bryoniae,
Cortex interior Sambuci nigrae praebeant remedia drastica raro usitata.

THESES DEFENDENDAE.

I.
Anatomia — Mathesis Medicinæ.

II.
Quid Logica in Philosophia ideali, id Physiologia in Medicina.

III.
Febrium classis in duos dispendenda ordines.

IV.
Quis morbus in organismo humano suum habet characterem fundamentalem; ita et quævis actio cujusdam pharmaci suum possidet characterem cardinalem.

V.
Sacra vitæ anchora, cricumspecte agentibus, est Opium; cymba Charontis in manu imperiti.

Hufeland.

VI.
Obstructiones sunt aenigmata.

VII.
Mars vincit; Mercurius solvit.

VIII.
Non dantur contraindiantia.

IX.
Et instrumenta mechanica antiphlogistice agunt.

X.
Myosis aciem oculorum denotat.

XI.
Virtus tellurica — magnetica — hominis ex antica ejus parte; antitellurica — solaris — e dorsali emanat.